



Emundus Richerius Diecesis Lingonensis Presbiter
Doctor Theologus Sorbonicus
Doctrina et Moribus praeclarus
Obiit An. Christi 1633. Etatis sua 74.
Quis recte et quantus fuerit, sua scripta loquuntur.



In della Libreria oy R. Colegio de Salamanca



E M U N D I
R I C H E R I I
Doctoris Theologi Parisiensis
L I B E L L U S
D E
E C C L E S I A S T I C A
E T P O L I T I C A P O T E S T A T E.

Nec non ejusdem Libelli per eundem Richerium Demonstratio.

N O V A E D I T I O
A U C T A E J U S D E M L I B E L L I
D E F E N S I O N E N U N C - P R I M Ú M T Y P I S E D I T Á
E X M A N U - S C R I P T O E J U S D E M A U T H O R I S .
I N D U O S T O M O S D I V I S A.
C U M A L I I S Q U I B U S D A M O P U S C U L I S .

E C C L E S I A eft Politia Monarchica, ad finem supernaturalem instituta; regimine Aristocratico, quod omnium optimum, & naturae convenientissimum eft, temperata à summo animarum Pastore Domino Iesu Christo.



C O L O N I Ä,
Apud BALTHASARUM AB EGMOND & Socios.
M. D C C I.

॥७॥

Ex Epa 9. Centuriæ secundæ. Epistolarum morisotii, ad curetum.

JAM Vita RICHERII nostri terminata est, immò nunquam moritur sapiens, sed vivit Cælo, vivit cum virtutibus suis in animis superstitionis, quibus manus porrigit, & pro quibus intercedit coram Deo, ad quem ascendit. Omnibus verè Christianis Gallici sceptri amantibus, grande desiderium sui reliquit, per memoriam doctrinæ & probitatis. Vir proceræ staturæ, rectum vividumque corpus, & parenti in eo habitanti, servavit. Nulla venus, nullæ illecebræ corruperant: nulla severitas liberalem rugaverat frontem. In statione sui positus, & Sorbonistico, hoc est, tenui vietu sustentatus, ad extremam senectutem nempe ad annum ætatis suæ 84. pervenit. Humanis suavitatibus intactus, vultu habituque moris antiqui, qui dignus etiam ab inimicis suis existimatus ad quem divinarum humanarumque rerum disceptatio & judicium deferretur. Memorabilem eum fecerunt renovata toties discrimina, notumque periculis nomen. Libellulum an. sal. 1611. scripserat de *Ecclesiastica & politica potestate* suadente Henrico Borbonio Primo Principe, maximis omnium Doctorum scriptis æquiparandum, quem verè dicere possum, libertatis Gallicæ, totiusque Ecclesiæ Gallicanæ, Regumque, & Principum, quotquot ubique regnant, firmissimum utilissimumque Volumen & Munimen, &c. Divione S. Cal. Maias 1633.





D E

E C C L E S I A S T I C A & Politica potestate.

C A P U T T I.

Jurisdictio Ecclesiastica, primariò ac essentialiter Ecclesie; Romano autem Pontifici, atque aliis Episcopis ministerialiter tantum, sicut facultas videndi oculo convenit.

VULGARE EST atque indubitatæ fidei axioma: Deum & naturam priùs atque immediatiùs ad totum suppositum, quām ad aliquam partem suppositi quamvis nobilissimam, intendere: eamque ob causam, facultatem videndi, exempli gratia, toti datam esse homini, ut per oculum, tanquam per organum & ministrum hominis exerceretur: nam oculus per & propter hominem existit. Schola Parisiensis hoc infallibili munita firmamento, congruerter ad mentem omnium antiquorum doctorum Ecclesie, perpetuò constanterque docuit, Christum fundando Ecclesiam, priùs, immediatiùs, atque essentialiùs, claves, sive jurisdictionem, toti deditæ Ecclesie quām Petro: seu quod codem redit, *Claves toti contulisse Ecclesie, ut per unum ministerialiter exercearentur.* Quandoquidem, tota jurisdictio Ecclesiastica, primariò, propriè, ac essentialiter Ecclesie conuenit: Romano autem Pontifici, atque aliis Episcopis, instrumentaliter, ministerialiter, & quoad exequutionem tantum, sicut facultas videndi oculo. *Nemo itaque glorietur in hominibus, omnia enim vestra sunt, id est Ecclesie, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive presentia, sive futura: omnia enim vestra sunt (Ecclesia) vos autem (Ecclesia) Christi, Christus autem Dei.* Corinth. 3. 22.

D E M O N S T R A T I O C A P I T I S . I.

1. Demonstratio duorum axiomatum, quibus probatur Christum toti Ecclesie claves Arolis tellonis contulisse, ut per unum ministerialiter exercearentur.

EMUNDI
RICHERII
DOCTORIS THEOLOGI
PARISIENSIS
DEFENSIO LIBELLI
DE
ECCLESIASTICA
ET POLITICA POTESTATE,
IN QUINTA DIVISA LIBROS.

TOMUS PRIMUS.



PARISIIS.

M. D. CCL.



EMUNDUS RICHERIUS

*Doctor Theologus Parisiensis, universis,
qui veritatem, pacem atque unitatem
justi regiminis Ecclesia Christiana ada-
mant, salutem atque aeternam felicita-
tem precatur.*



Rimos pictores, artis quam profitebantur, usque adeo rudes & ignaros extitisse memorant, ut ea quæ pingerent, vix aliter quam illorum nomine sic adscripto, exprimere & designare possent, *hic est homo, hic est bos, hic est equus, canis, &c.* Hercle quidem odia, quibus plerique hujus ævi Zelotæ utrinque fervent, sic eos transversum rapiunt, ut multò plus iracundiaz & pravæ affectioni, quam veritati inter scribendum indulgeant; ex quo accedit, ut de illorum libris haud aliâ ratione, quam ex Epigraphæ judicare possimus, quoniam calumniis & sophisticis illusionibus adeo turgent ac pûtent, ut homines eruditos, aliquâ æquitate animi ac judicio præditos, à suorum librorum lectione omnino absterreant. Profectò, ut de me ipso loquar,

GENTIANI
HERVETI
AURELIANENSIS
DE RESIDENTIA EPISCOPORUM.
EPISTOLÆ
DUÆ
SCRIPTÆ IN CONCILIO TRIDENTINO
ANNO M. D. LXVIII.

Una ad ALPHONSUM SALMERONEM Jesuitam.

Altera ad STANISLAVM HOSIUM Cardinalem Pontificis Legatum.

D E

GENTIANO HERVETO

*Testimonium Jacobi Augusti Thuanii Historiarum libro LXXX. ad
annum 1584.*

A pud nos pridiè idū Septembris optimè meritam de re christiana ac litteraria animam Deo reddidit Durocortori Remorum Gentianus Hervetus Oliveti pago juxta Aurelianum natus anno salutis 1499., qui à paero, optimis artibus & utriusque lingue cognitione instructus, primum tyrocinium fecit in erudiendo Claudio Albaspinetō, qui postea unus è quatuor viris ab epistolis secretis Francisco I. Henrico II. Francisco II. & Carolo IX. fuit. Inde Lutetiam profectus Eduardo Lupseto Anglo in excudendo Galeno à Thoma Linaero latine verso desudanti operam addixit; cumque in Angliam redeuntem secutus, Arturo Polo instituendo à Sarisberiensi matre appositus est, & postea à Reginaldo Paulo Cardinali communis matris permisso in Italiam evocatus est, ut Græcis Auctoriis in Latinam linguam vertendis operam daret, ubi ille in tanti viri familia, quæ virtutum & omnis civilis cultus veluti officina erat, diù fuit, Polo ipsi carissimus, & summorum in Italia virorum amicitiam, ob raram eruditioñem & morum suavitatem promeritus. Deinde in patriam rediit, & in Burdigalensi gymnasio totâ tunc Galliâ celeberrimo publicè prælegendo industriam exercuit, rursusque in Italiam profectus à Polo munificentissimo patrono in clientelam Marcello Cervino, qui postea summus Pontifex fuit, id enixè postulanti datus est, ubi & multa illius sive hortatu, seu iussu è Patribus Græcis in Latium transtulit, Marcellum ipsum ad Concilium secutus, in quo etiam plerasque orationes habuit, & inter eas eruditissimam & commendatissimam pro honestate matrimoniorum, quæ sanctionibus contra clandestina conjugia postea factis occasionem præbuisse creditur. Sacris dein initiatus Joan. Hangesti Noviodunensis Episcopi primū, dein Joannis Morvilleri Aurelianensis item Episcopi Vicarius, sacris ad populum concionibus vacavit, & Carolum Cardinalem Lotaringum ad Concilium Tridentinum proficiscente postremò secutus est, ab eoque in sacri Collegii Remensis sodalitium cooptatus, quod reliquum fuit, in studiis assiduus exegit. Hujus vita onga & nunquam otiosa, meruit, ut ei longiore elogio parentarem.

GENTIANI HERVETI


EPISTOLA I. DE RESIDENTIA EPISCOPORUM

Ad Alphonsum Salmeronem.

*Reverendo Patri ALPHONSO SALMERONI, Societatis
JESU Sodali, Gentianus Hervetus salutem.*

Cum tu me agrotantem, quod tuæ fuit humanitatis, nudius tertius invisibilis, inter cæteros sermones, quos inter nos contulimus, hic fuit præci-
puus, quod cum ego dixisse, me non posse non dolere, quod propter
hujus Concilii Tridentini diuturnitatem à suis gregibus tamdiu abesse co-
gerentur Episcopi, hoc maximè infelicissimo tempore, quo tot undique oriun-
tur lupi, qui miseras pecudes dilaniant, discerpunt, ac dilacerant, tu quoque te
hoc ipsum agrè ferre præ te tulisti, & hoc etiam adjecisti; ideo magis esse do-
lendum, quod unicum juris divini vocabulum, tanquam aliquod malum aureum
in medium injectum, tantam inter Patres excitarit dissensionem, ut his jam sex
mensibus feliciter cœptum Concilii cursum retardaverit. Quod quidem te eò
magis mirari dicebas, quod non sic adeò magna inter eos controversia. Nam
cum utrique in suis ecclesiis residentiam fateantur esse necessariam, alii eam juris
divini esse absoluè censeant: alii autem juris quidem esse divini, sed per Ec-
clesiam, id est per summum Pontificem dispensandi: cum autem quaterem, fi-
res non est adeò magni momenti; qui sit, ut alii hanc juris divini particulam
decreto de residentia tantoperè inseri cupiant, alii eam cane pejus & angue fu-
giant & horreant? dixisti, nunquam permisurum Pontificem, & qui ejus par-
tes sequuntur, ut de Pontificia destrahatur auctoritate: detractum autem iri, si
propter hanc adjectam juris divini particulam à Pontifice accersiti, aut aliquod
missi Episcopi parere recusarent. Omitto cætera quæ dixisti, nempè ex sacris literis
numquam adstrui residentiam: & primum dixisse Cajetanum, residentiam
esse juris divini: cautius autem esse & consultius si prenis canonicis, iisque gra-
vissimis jubeatur residentia, quam si statuatur eam esse juris divini, quod im-
punè & facilimè violari videmus quotidie.

Hæc tu quidem dicebas, ad quæ facile posset responderi. Nam cum pascerem
gregem sit juris divini, id quoque sine quo id explicari non potest, juris sit di-
vini necesse est. Et cum episcopatum alicui mandat Pontifex, id quoque dat,



LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

- I. Partitio totius operis in quinque libros.
- II. De Philosophi & Sophiste instituto, quantumque ejus rei notitia conducat ad dogmaticè judicandum de permultorum hominum scriptis, qui odiis inflammatis hodie in lucem mittuntur.
- III. Varii auctores qui in Richerium ejusque libellum scripsérunt.
- IV. Libros magistri Andree Vallij contra Richerium totos scatere cavillationibus; & de hac inscriptione quā libros suos nobilitavit: De supra Romani Pontificis in Ecclesiam potestate.
- V. Summum Pontificem à duobus generibus inimicorum oppugnari, quorum alii omnia illi adulatio[n]e contra ius divinum, naturale, & canonicum arrogant, alii impie detrahunt.
- VI. Schismata eque patrari in Ecclesia, si Caput ministeriale omnium membrorum officia usurpet, quam si membra legitimum Capitis imperium detrectent.
- VII. Schole Parisiensis & Collegii Sorbonici divisionem non à libello Richerii, sed ab illis manasse, qui post Henrici Magni cædem, discordiarum & novitatum semina artificiose inter Doctors sparserunt, quod sub insima aetate Regis suos res privatas agerent, atque doctrinam de absoluta Papæ monarchia in res spirituales & temporales desigerent in Francia.
- VIII. Utrum libellus Richerii intempestivè editus fuerit.
- IX. Non moda Theologis licitum, sed etiam pernecessarium esse de Papæ potestate disputare.
- X. Vallius ineptè & sophisticè contendit Papam se habere ad Ecclesiam sicut sol ad radium, fons ad rivum, radix habet se ad arborem.
- XI. An Richerii libello antiqua doctrina Facultatis Parisiensis contineatur.
- XII. A temporibus Synodi Constantiensis Gallicanam Ecclesiam semper fide catholica tenuisse Concilium esse supra Papam, idque neminem revocasse in dubium, nisi postquam Jesuitæ Ludum aperuerunt in Galliis.